

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio a
cum fonte primo

Non propterea Christiana milicia
ad pietatem diuites humiliantur ut
pauperes ad superbiam extollantur.
Nullo modo enim decet ut in ea uita
ubi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant
opifices ociosi, et quo ueniunt relictis
deliciis suis qui fuerunt prediorum
Domini, ibi sint rustici delicati.

Augustinus de opere monachorum.

neque enim propterea christiana militia
ad pietatem diuites humiliantur, ut
pauperes ad superbiam extollantur.
nullo modo enim decet, ut in ea uita,
ubi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant
opifices otiosi, et quo ueniunt relictis
deliciis suis qui fuerant praediorum
domini, ibi sint rustici delicati.

Augustinus Hipponensis, *De opere
monachorum*, 25, 33 (CSEL 41, J. Zycha
ed., p.580, ll.14-19).